

1499. In Mayo. Ex Archivo: Stani: Aug: Regis 893.

List Fryderyka Arcybiskupa Gnieźnieńskiego i innych Pa-
now Koronnych którym obiccuia Litewskim dać nowe li-
sty Federis na przyszłym Sejmie w Krakowie

192
Fridericus miseratione Divina sacrosancta Romana Ecclesia
Tituli Sancte Crucis in septem solis Presbiter Cardinalis Ar-
chiepiscopus Gnesnens et Primas Episcoporum Cracoviens. An-
dreas Roza Episcopus Leopoliens Joannes Amor de Tarnow
Castellanus Cracoviens et Ambrosius de Pampow Palatinus
Sieradicens et Capitaneus et Majoris Polonia Generalis. Signifi-
camus tenore presentium quibus expedit universis tam presenti-
bus quam futuris. Quomodo licet antiqua fœdera et inscriptiones
inter hæc dominia videlicet Regnum Polonia et em. Ducatum
Lith. Prælatosq. Barones Proceres Nobiles utriusq. per novas li-
teras quas dedimus Dominis Oratoribus Lith. et Martino Episco-
po Miednice et Joanni Labrzeyski Palatino et Castellano
Trocens: mediante juramento confirmaverimus, tamen quia literæ
originalis prædecessorum nostrorum quæ tunc haberi non poterant
non sunt illis inscriptæ, placuit ipsis Dominis Oratoribus si
apud eos hujusmodi literæ principales nostrorum prædecessorum
reperire fuerint et Prælati Baronesq. em. Ducatus Lithuania
voluerint eas in nostras novas literas inseri. Ad vota eorumq.
Dominorum Oratorum Nos Præfati Prælati et Barones Re-
gni Polonia nostris nominibus ac vice omnium aliorum Præla-
torum Baronum Procerum et Nobilium polliciti sumus pol-
licemurq. et promissimus per presentes, quod ipsis Prælati et
Baronibus em. Ducatus Lithuania novas literas nostras uni-
versales insertis supra unionem et confederationem datas in Con-
ventionem Generali Cracoviens Feria secunda Regnorum de Ab-
no Domini milliesimo Quadringentesimo Nonagesimo Nono
Principales literas Prædecessorum Nostrorum si copia dabitur
illarum inserendi sub eadem data scribemus, innovabimus et da-
bimus. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus

Sunt

sunt subappensa Dado Cracoviae Feria Tertia ante Festum S.
Sophie. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo No-
vagesimo Nono

Originale extat in Arch. Vicesicuz sed ita obliteratum,
ut legi minime possit